UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bavaria Sancta Maximiliani Sereniss. Principis Imperii, Comitis Palatini Rheni, Vtrivsq. Bav. Dvcis Avspiciis

Rader, Matthäus

Monachii, 1615

B. Albertvs, D. Erhardi seu Socivs, seu Germanvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-79686

Visual Library

B. ALBERTVS
D. ERHARDI ſeu SOCIVS, ſeu GERMANVS.

Hundius Metrop. Sept. Conradus de Monte puell. in offic. S. Erhardi. Chriſtoph. Hofmannus. Scriptores vitæ S. Erhardi. M. Velſerus lib. 5. Boic. An. IↃCCLIII.

ET hic è Scotiæ tenebris in Germaniæ lucem prodijt, in quâ tamen haud diu æuum egit, in peregrinationibus traductum. Romam enim profectus; vbi redijt, mox vltimum vitæ diem Ratiſponæ (eodem cum fratre tumulo compoſitus) clauſit. Hundius in ſyllabo Ratiſpon. ſeptimum ponit Epiſcopum, ſociúmq; S. Erhardi, non fratrem appellat. Aſſalenſem Archiepiſcopum fuiſſe lego, ſupplicatum veniſſe Romam, Hieroſolymam, in Germaniam, Ratiſponam.

✠ ✠ ✠

B. ALBERTVS, S. ERHARDI FRATER, EPISCOP.

A tenebris ALBERTE, trahit tua patria nomen,
Quamuis es patriæ sol hierarcha tuæ,
Et radios totum ſpargis peregrinus in orbem,
Quid niſi cæleſtis sol tua vita fuit!

Hildulphi germanus eras, germanus Erhardi,
Tertius ambobus non pietate minor.
Hildulphum rapuit TREVIR, duo Böica texit;
Boica nam Diuos hos rapit, hosce parit.